

Jehova. Patre luminum, ducente & Juvante. 52
DISPUTATIO PHYSICA

DE LUCE.

Q U A M,

Divinâ procurante, rovidentia,

Ex decreto & approbatione Venerandæ & Amplissimæ Fa-
cultatis Philosophicæ in Florentissimâ, quæ Aboæ est,

Academâ CHRISTINEA,

Magnificentissimo Procancellario;

Ad nodum Reverendo & Eminentissimo VIR O,

DN. A SCHILLO PETRÆO,
S.S. Theol. Doct. Celeberrimo, Episcopo Aboenſ, Amplissimo,
Magnifico Rectore;

Plurimum Reverendo & Excellentissimo VIR O,

DN. M. GEORGIO ALANO, S.S. Theol.
Professore Primario, & in Metropoli hac Magni Ducatus Fin-
landiæ utriusq; Eccl: cum suâ annexâ, Pastore vigilantiss.
Decano Spectabili;

Nobilissimo & Consultissimo VIR O,

DN. MICHAELE GYLLENSTALPE/
Facul: Philosophicæ Seniore J.U. & Phil. Doctore, Ll:gum
Pol. & Histor. Professore publico,

P R A E S I D E Autem;

REVERENDO & Praeclarissimo VIR O,

DN. M. ABRAHAMO THAUVONIO, Phys.
& Botan. Professore Acutissimo, Praeceptor & promotor suo plurimum deveneendo,
Pro Gradu Magisterij in Philosophia obtainendo,

ERICUS AND. LUCANDER Austro-Finlandus.
Ad diem 23. Aprilis, Anni M DC L III, Loco Consueto & horis 1. Pomeridianis,
Doctu publicè exam inandam siste.

ABOÆ Ex Officinâ p.m. Petri Wald/ Acad. Typ. An. 1653.

Magno illi Patriæ Luminis,
Reverendissimo in Christo Patri,

DN. ÆSCHILLO PETRÆO, S. S.

Theol. Doctori Excellentissimo, ejusdemq; haecenüs in Regia
nostrâ Universitate per 13. annos Professori publico pri-
mario; percelebris hojus Civitatis, annexâ paroccia Nymensi.
Pastori desideratissimo; Nunc vero inclytæ Dioceſeos Abo-
ensis Episcopo & Academiæ Procancellario longe dignissimo;
Mæcænati Patronoq; meo Magno & Praeceptorí omni obſe-
quiorū & Reverentie cultu æternū proſequendo.

N E C N O N

Consutissimo, Reverendis, Doctissimis, Strenuo & Praefantiss. Viris;

DN. OLAO S. VVAL-

lenio, Supremi iudicij, quod Ab.
est, Assessori Amplissimo, Nutritio
meo & Promotori, ut Liberalissi-
mos, ita iugi observantia jugiter,
reverenter, & plurimum colendo

DN. JOSEPHO M. Matheſio
Pastori & Prep. in Kalajosi, fi-
delissimo, Solertissimo, Nutritio is-
tide m̄eo propensissimo, fautori
& benefactori etatem honordando.

DN. ZACHARIÆ Johannis
Kirkensi, quondam Signifero e-
quitum forti, Consangvineo meo
& ob amorem mei liberalitæ q; in-
signe mihi exhibitam multis no-
minibus appellando ſep̄ obſervando,

Simulq; Venerabilibus, Eruditissimis, atq; Humanissimis Viris, Amis-
cis ac Patriotis meis exteris, præcipuis,

Salutem & omnimodam benedictionem precor, Disputationes hanc Ins-
auguralem in acceptorum beneficiorum memoriā, & spem promotionis submissę,
officio, & amice offerens,

ERICUS Lucander,

DN. NICOLAO M.

Hammarmanno, Pastori &
Praeposito Someroënsi, ut vigilan-
tissimo, ita gravissimo, fautori &
Evergeta meo perpetum suspici-
endo.

DN. JOSEPHO PETRI, Pa-
stori Orivesiensis Laudatissimo,
fauitori meo certissimo & singula-
riter venerando.

DN. JACOBO G. Raicchæo
Verbi Divini Symmystæ in Hol-
lola impigerrimo, Consangvineo,
fauitori, Amico & quondam pra-
ceptorí meo Charissimo,

Proœmium.

PHilosophia causas rerum investigat, universales
Es abstractas omnium rerum idæas contemplatur,
 corpora naturalia quatenus talia Speculatur, & rerum ponderat
 proportiones, Dux vitae, virtutis undagatrix, expultrixque vitio-
 rum; Huic inservit peritia lingvarum & praxis, atque ars ratio-
 nis, Philosophie manus: Hujus, prater alias multas, easque insi-
 gnes utilitates, quas habet in omni vita genere, easanè vel multò
 maxima censenda est: quod fundamenta continet catenarum fa-
 cultatum, qua sine admiculo Philosophie negantur. Solidè à quoquo
 addisci, neque ad usum in communi vita transferri conemodè pos-
 sunt. Hæc virgo illa venustissima, hæc pudicissima, quam me-
 ritò veneramur, amplectimur, amplexamur, exosculamur. Hu-
 jus amplissimus campus. Divertamus ad Physicam: Ecce!
 Spatiostissimum & amoenissimum viretum: Merito illi fructus
 carpendi! Quippe qui Saluberrimi, merito illiflores legendi!
 quippe qui iucundissimi. En flosculos odoriferos, quos conside-
 ratio lucis suppeditat, hæc vice carpiam seligamus. Luce nihil
 pulchrius, nihil suavius, nihil admirabilius. Absque hæc si esset,
 mundus ipse pulcher non esset. Primus mundi ornatus, prima
 perfectio, lux fuit. Lucis preindè pulchritudine ductus, pro-
 ratisne instituti, fragrantes ejus herbas & flores pulcherrimos
 excerpam, colligam, apponam.

Sed tu vera meam mentem lux lumine lustra.

Annuo proposito, annue, quæso, meo. Sit itaq;

T H E S I S I.

Lux pars quædam subtilissima est in Philosophia;
 Ille subtilis ait Scaliger. Humano ingenio lux fer-

VIII. Ad pleniorum definitionis explicationem nonnulla conjectaria hinc colligimus: 1. Lux omnium stellarum aequalis non est.

IX. 2. Lux non oritur, ex condensatione perspicui, ut dogma Aristotelicorum habet, quod ita refutatur: Primum perspicuum aer est. Condenset hunc quis, & totos expectet in annos, ac tenebras habebit.

X. 3. Omnes stellæ nativam & propriam habent lucem. Omnes enim ex luce primævâ à Deo sunt creatæ. Jam quod ratione principij inter se rei competit id ei naturale est. Hoc ipsum etiam Sacra pagina multis in locis testatur, ubi stellæ à Sole, non privatione, sed gradu tantum lucis, distinguuntur. Unum pro multis adducam: 1. Cor. 15, 41. οὐλὴ δόξα ἡλίου, καὶ οὐλὴ δόξα σελήνης καὶ οὐλὴ δόξα αἰσέρων: εἴπη γὰρ αἱρέτε εὑ δόξην. Arguit idem augmentum, decrementū, & eclipsis lunæ.

XI. 4. Omnes stelle, solo excepto sole, Sol à luce nativâ, luscente, lumen etiam habent mutatitatem. Hie etiam Sententiae doctorum discrepant. Affirmativam tamen sententiam tueri conamus. Rationes cum Magistro afferimus sequentes: 1. Luna enim & reliquarum stellarum eadem, quoad lumen, est ratio: Luna autem mutatur lumen à Sole. 2. Idem hoc à nonnullis inde colligitur, quod planetæ, qui Soli sunt viciniores, Vehementius, cæteris paribus, illuminantur: ob hanc enim positionem, stellæ Martis & Veneris reliquis sunt lucidiores.

XII. 5. Lux stellarum omnium est ejusdem speciei. Quia Lux cælestis in se & effectis suis non differt ab alia luce cælestieiusque effectis, nisi Secundum magis & minus. Quod ipsa probat experientia. In luce cælesti aliud discriminem non observamus, nisi quod alia major

jor alia minor sit; alia plus alia minus subiectum diapha-
num illuminet; cum aliis luci per se effectus, quam illu-
minatio, tribui nequeat, ut in Sexto consecratio proba-
mus. Deinde Lux Solaris lucem omnium aliorum si-
derum intendit, ea irradiando, ut in thesi undecima
vism est. Ejusdem igitur cum aliorum Siderum luce
Speciei est.

XIII. 6. *Lux per se non habet vim calefaciendi;*
Sed tantum illuminandi. Diversas quidem & hic fovent
Authores opiniones. Nos dicimus verbo, lucem per se
non calefacere. Non enim ubi unq; lumen est, ibi calor
est. Experientia testis est, aera luminosum, eundemq;
frigidissimum sicutus esse posse, qualis certe esse non pos-
set, si lux per se calefaceret. Hinc Scaliger exerc. 75.
Sect. i. Recte dicit: *Calor est accidentia corpore celesti*
generatum, ac per celum absq; ulla coeli affectione
delatum ad aerenam. Idq; non per lumen, sed & cum
lumine constans, & sine lumine.

XIV. 7. Nullae stellae, si Venerem & Lunam exclo-
pias, interdui lucere, nisi ex profundissimo puteo, con-
spiciuntur. Quia majus lumen impedit, quo minus sen-
sus hoc occupatus, minoris sensione eliciat. Majus
minus lumen absorbet in se & sibi unit, oculisq; circum-
quaq; circumfulsum se ostentat, & eos sua claritate im-
plet; eleganter, citante Wendelino, loquitur Patricius.

XV. A luce, venit radius; a luce & radio lumen.
Radius est qualitas a luce exiliens in rectum & acutum.
Estq; aliis rectas, a luce in objectum corpus recta pro-
cedens; Alius obliquus, a luce in objectum corpus ob-
liquè procedens; Alius fuscus, a luce per medium rarus
in corpus densum transiens; Alius fractus, communis-
ter reflexus dictus, a luce per medium rarum in corpus

opacum incidentis & in superficie istius repercutitur; resiliens;
alius denique refractus, qui repercutitur ob occursu diversi
medij à progressione ulteriori prohibetur, atque, sic à me-
dio denso ad rarius resultat. Lumen est qualitas à luce & radio diffusa & in las-
tum effusa.

XVI. Lumini opponuntur Umbra est tenebrae.
Umbra est privatio luminis ob interpositionem opaci facta, in par-
te loci opposite. Tria ad constitutionem Umbrae concur-
runt: Luminosum, Spargens lumen, opacum, huic trans-
itum negans, hinc umbra in perspicuo, luminoso oppo-
sito. Tenebrae sunt privatio luminis, ab omnimoda
corporis negatione orta. Tenebrae negant lumen per
spicuo, non respecti ve ut umbra, sed simpliciter, non
ex parte, sed in totum. Privatio luminis tenebrae sunt
& umbra: Quia essentiam subiecto habili negant. Ad
solam etiam luminis remotionem absque, causae alte-
rius interventu dantur.

XVII. Consecutarium: Radius & lumen qualitates
intentionales sunt. Qualitates esse patet, Quod à
luce, accidente producuntur, & in Substantia, aere, re-
cipiuntur. Accidens substantia a procreare non potest, nec
penetratio datur dimensionum. Intentionales pro-
pterea esse argumento est, quia vitra aliaque corpora mi-
nus opaca permeant aeremque illuminant. Unde Scalig-
er exerc. 71. Sect. 1. Ait: dicendum; Lumen esse Specie
i.e. lucis representationem. Qualis est viriditas illa ab
illa viriditate. Alioquin esset accidens extra subiectum
suum. Quippe extra lucidum corpus in aere. Sed
brevitas injuncta plura adferre non patitur:

Hæc igitur hæc vice sufficiant.

- Corollar. Op. ic. 1. Res per medios refractos visa extra suum locum appetit,
2. Umbra opaci luminoso æqualis, est opaco æqualis: Minoris minor: Maior-
is Maior.
3. Lux vehemens multa visibilia ostendit, quæ debilis occultat: Et debilis
lux multa ostendit, quæ vehemens occultat.